

*dormis, tibi dabo, & semini tuo, eritque semen tuum, quasi pulvis terrae, dilataberis ad Occidentem, & Orientem, Gen. 28. num. 14. Cur ergo dicitur Israel: In illa lucta Jacob erat orationi intentus, ut exponit Oseas cap. 12. num. 4. Flevit, & rogavit eum. Et Jacob, non solum pro se, sed etiam pro filiis suis deprecabatur, ut tradunt D. Bernardus, serm. 6. de oratione. Thomas Anglicus, & alij Et cum Jacob ob suam petitionem nollet dimittere Angelum, tetigit nervum femoris ejus & statim emarcuit, Gen. 32. num. 25. Ideo nomen, quod ei Angelus dedit, totus populus accepit, in venerationem memorie illius operis; & facti, eum omnes magis recognoscenies patrem, principem, ac totius populi caput in luctamine, quo aliquis pro filiis de suo corpore perdidit, & pars femoris exsiccata est, & aruit; quam in scala, quando videt caelum apertum, ac multa, largaque beneficia, ei pro semine suo conceduntur, atque dantur. Gennadius. Tetigit nervum, & emarcuit, hoc factum est, ut in posterum ejus notitia, & memoria veneretur.*

QUESTIO VI.

Quare Apostoli nuncupentur sal terrae, non sal hominum?

**C**OMMUNIS est Patrum sententia, Augustini, Chrysostomi, Chromantij, & aliorum, quod per terram hoc loco intelligitur genus humanum. Vos estis sal terrae; hoc est, vos estis sal hominum. Sed cur non dixit Dominus: Vos estis sal hominum; hoc enim videbatur facilius ad intelligentiam, quam dicere: Vos estis sal terrae? Et parum urget haec quaestio in sententia S. Hilarij, qui, ut dixi quaest. Superiori, existimat, quod idem sit sal terrae, ac sal desumptum ex terra. Tota ergo quaestio est in communi sententia: Vos estis sal terrae, hoc est, sal hominum.

Respondet primò Maldonatus ex Augustino, Chrysostomo, Theophylacto, Apostolos sal terrae dictos esse, ut non unius, aut paucorum hominum, sed totius Orbis Magistri futuri intelligerentur. *Ita in mundum universum, predicante Evangelium omni creaturae. Matth. 28. num. 19. Marc. 16. num. 15. Et ita dixit sal terrae tanquam quid universalis, & generalis. Secundò respondeo. Quia frequenter in Scriptura peccatores carentes, Dei cognitione, terrae nomine significantur. Jerem. 22. num. 29. Terra, terra, terra, audi verbum Domini, hoc est, homines. Cum autem homines suis essent erroribus infatuati, Deique cognitione carerent, ideo quando Apostoli ad eos mittuntur, terrae nomine nuncupantur. Tertio. Ut appareat, quantum distent ab iis, quae sunt Dei, ea quae sunt hominum. Nam sal ab hominibus missum in terram, ob suam nimiam siccitatem, atque ariditatem, eam sterilizat, ac inutili facit, ut dixi superiori quaest. ac sal missum à Deo in terram humani cordis, illud maximè fecundat, ac cum magnis emolumentis utile reddit.*

Quartò. Constituebantur Apostoli Praelati totius generis humani; & in hac occasione homines vocantur terra: Vos estis sal terrae; ut

Praefules semper ante oculos habeant debilitatem, ac fragilitatem subditorum totum; homines sunt de terra, lutoque formati; ut eorum miseriis condescendant, ac compatiantur. Peracto diluvio, dixit Deus in mente sua & in corde suo, ut est in Hebraeo: Nequaquam ultra maledicam terrae propter homines; sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona est ab adolescentia sua. Genes. 8. num. 21. Ubi Oleaster ait: Dilcant Praelati. sibi leges ponere, non levendi in subditos, cum hominum sensus, & cogitatio in malum prona sit; sed in eorum fragili natura habeant rationem miserationis & compassionis. De Deo, ait Regius Vates, Psalm. 102. num. 14. Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus immentibus se, quoniam ipse cognovit signum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus. Quia Deus agnoscit nostram infirmitatem, quae est veluti quoddam signum, inde motus est Deus, ut nostri miseretur, quia ita recordatus est, ut nunquam obliviscatur, Divus Augustinus. Cognovit signum nostrum, Quod signum? nescis: Unde loqueris, quia cognovit? Quia miserus est: Memento, quia pulvis sumus. Ad ipsum Deum convectus ait: Memento; quasi obliviscatur Deus: sic cognovit, ut non obliviscatur. Sed quid est? Memento peccaverat in nos misericordia tua, cognovisti signum nostrum.

Apud sacras, & humanas literas passim Reges, ac principes Medicis comparantur. *Isai. 3. numero 7. Non sum Medicus, nolite me constituere principem. Idem invenies apud Clementem Alexandr. 4. Stromat. Basilium Seleuc. orat. 30. Philo. Sed in quo stat tanta rei symbolizatio? Philo lib. de Allegoria legis, Proveniens, ait, intrasit in Medicum: ipse vero sustinet, & videt, in similitudinem videns. Imitemur Praefules Medicos: vident errores, deliramenta subditorum, non nimis irascantur; non nimis saeviant, agnoscant humanam infirmitatem.*

QUESTIO VII.

Quomodo Dominus illam de sale ad Praelatos comparationem facit: Quod si evanuerit, non est, in quo salivatur?

**D**UBIUM movet proposita à Christo hujusmodi interrogatio: Si sal evanuerit, in quo salivatur? Verum est, quod si unum sal infatuatum fuerit, non potest alio sale saliri. At verò si unus doctor errat, saepe ab alio emendatur doctor. Sic Augustinus, cum esset Magister, adhucque suis detentus erroribus, sermonibus D. Ambrosij ad veritatem est adductus. Quomodo ergo stat illa comparatio?

Respondeo primò, Per hoc denotari, non impossibilitatem, sed quandam rei difficultatem. Unde ait Hieronymus: Si Doctor erraverit, quomodo doctor emendabitur? Et inde stat comparatio, quod sicut sal, si evanuerit, non potest alio sale saliri virtute naturali, nisi adsit potentia D. ita est difficile, ut si unus doctor erraverit, per alium

84. August. Chrysost. Chromant.

Difficultas quaestiois.

49. Maldon. August. Chrysost. Theoph.

Matth. 18. Marc. 16.

Peccatores veluti terra.

Jerem. 21.

Valde diversa manus Dei à manu hominum.

50. Praelati subditorum

*Manus Dei requiritur ut unus doctor suos deponat errores. Joan. 3.*

*Matth. 4.*

*Alb. Magn.*

*54. Palat.*

*Interpretationibus depravatur doctor.*

*3. Reg. 12.*

*Hieron.*

*Suprbus Rex sustinet non potest.*

*55. Ezech. 15.*

*Hieron. Theodor.*

*Suprbus ad omnia inutilis.*

*56. Maldon.*

*57.*

*58.*

*59.*

*60.*

*61.*

*62.*

*63.*

*64.*

*65.*

alium emendetur, ac ad hoc exigitur auxilium manus Dei. Bene notavit Albertus Magnus, quod nullum alium hominem Christus traxit ad se per tam longum sermonem, sicut Nicodemum; ab ipso multis positis argumentis, multisque à Domino solutionibus datis, ut videbis *Joan. 3. n. 1.* Sed cur tam latus sermo cum uno Nicodemus? Nonne Deus uno verbo condidit universa? Nonne Deus uno verbo vocavit Apostolos, *Venite post me*, Matth. 4. n. 19. Nonne à praesentia Domini mota est terra? Cur ergo tam longa cum Nicodemus sermocinatio? Erat Nicodemus magister inveteratus in lege, senio confectus in suis opinionibus, & à sua sententia devellere ita difficile, ut manus Domini multis sit interponenda. A beatus Magnus. Multis instat Dominus disponere hominem sua doctrina, antiquum legis doctorem vocat ad se. Vide cap. 3. n. 63.

Difficultas autem in reducendo depravato doctore, ac Praelato, ait Palatius, quia ipsi decipiuntur multis sententiis, multis opinionibus, multisque interpretationibus, quibus depravati, ac aliquando patrocinari, & licentiosi facti, immobileriter suis erroribus adherent. Secundò. Quia ipsi dignitate sunt superbi: & valde difficultimum, superbum in sua sententia humilitate, Ec ita superbus ad nihil aliud est, nisi ut mittatur foras. Cum multi vitiosi Reges dominarentur in Orbe, ac in mundo, à populo Hebraico projectus est à regno duodecim tribuum iniquissimus Roboam 3. Reg. 12. à num. 10. & à populo Romano superbissimus Tarquinus. Quod meditatur D. Hieronymus Epistol. 62. ad Theophylum. *Quis scopionibus, ait, cadit & lumbis parvis habere se putat digitos crassiores, cum regnum mansueti Davidis dissipat. Certè Romanus populus, nec in Rege quidem superbiam tulit.*

Ait Ezechiel. 15. num. 2. 3. & 4. *Quid fiet de ligno visis ex omnibus lignis nemorum, quae sunt inter ligna servatam? Nunquid tollitur ea lignum, ut fiat opus, aut fabricetur de ea paxillus, ut dependeat ex eo quocumque vas? Ecce igni datum est in escam. Hoc lignum vitis, ut explicant D. Hieronymus, Theodoretus, civitas est Jerusalem. Sed quomodo ita inutilis facta est, ut ad nullum opus inventa fuerit apta, nisi ad escam ignis? Jerusalem, cum se reputaret dominam gentium, sua vanitate exiit infatuata; & ubi pessifero est infecta superbiae malo, nulli usui accommodata reperiri valuit, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, ut ibi etiam meditatur Hieronymus, & in escam igni detur. Nam superbus ad omnia omnino inutilis, & tantum ut projiciatur foras, infervit.*

Quartò, D. Thomas, Sal evanescere, tripliciter dicitur. Primò liquefactione, quae fit per humidum, & frigidum, Secundò infatuatione. Tertio evanescit, quando omnino deficit. Tripliciter Praelatus, vel doctor evanescit. Primò frigore, seu timore adversitatis, vel humiditate prosperitatis. Secundò infatuatur deviendo à veritate. Tertio quando omnino deficit. Sed quid sequitur! *Ut conculcetur ab hominibus: hoc est, demonibus, Psalm. 137. num. 6. Non timebo, quid faciat mihi homo. Glossa. diabolus, nam demon aliquid quando dicitur homo, Vel Conculcetur ab hominibus, subta alios in profundam Inferni projiciatur. Malach. ultimo num. 3. Calcabis impios Job 20. num. 25. Vadent, & venient super eum Job. 20. horribiles. Haec D. Thomas, Sal Praelatorum saepe infatuatur timore adversitatis, vel potestatis. D. Chrysostomus homil. 115. Non enim vos oportet maledicta hominum timere, sed potius timenda, ne simulatores esse videamini; tunc enim infatuati eritis, & conculcati. Praelatus non debet timere, sed timeri. Infatuatur, si deficit à veritate: nam laus Praedicatoris, & doctoris est, veritatem in loco proclamare. Infatuatur superbia: verum, qui superbia pra omnes se esse existimabat, iusto Dei iudicio, etiam in inferno est inferior omnibus, & sub*

omnium, D d 2

Luc. 14. Pralatus infatuatus ad nihilum nullis.

57. Chromant.

58. Pralatus deficiens in officio suo patet omni vicio.

59. Optatus.

60. Pralatus ambitiosus nihil bonum praestat.

61. D. Thom. Pralatus, si timore tangitur, inuisibilis fit.

62. Superbus in inferno, est laus Praedicatoris, & doctoris est, veritatem in loco proclamare.

63. Infatuatur superbia: verum, qui superbia pra omnes se esse existimabat, iusto Dei iudicio, etiam in inferno est inferior omnibus, & sub

64. omnium, D d 2

65. Sylveira in Evang. Tom. 11.

